



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Pro Virginibus. 128

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

ro, idque solum denique profecerō, ut ex omnibus vna aliqua sit, quæ noctem vel vnicam spurcæ libidinis immunem ducat; operæ ego illius magnum me precium tulisse iudicabo. 127 Igitur ut huic hominum generi satis prospectum vidit; egit postmodum, ut orphanotrophia per urbem duo construerentur; quorum possent altero puellis necessaria suppetere; pueris alterum pupilis relinqueretur. 128 Sed vehementius aliquanto laboravit, pro excitando S. Catharinæ cœnobio; vbi castitas earum præsertim virginum in tuto esset, quas videbatur siue negligētia parentum, siue nequitia in discrimen honestatis coniectura; siue quas ipsa egestas, non optimi semper consilij mater, erat expositura. Ita nunquam destitit ea agere, quæ vsui alijs commodoque fore

autu-

autumabat. Inter eiusmodi tamen studia quo IGNATII charitas animique vis apertior haberetur, non intercessit DEVS, quin atroces odiorum turbines rursus in illum incurrerent. Quorum tamen excitati fluctus, velut scopulo illusi fractique breui elanguerunt: & illum quidem orbi notiozem: cæptaque eius validiora reddidêre. 129 His atque talibus, supra quam credi facile possit, assiduè exercebatur: quamquam ipse corporis vires longè impares, ceterùm animum multo superiorem gerebat. Et accedebant litteræ aliæ super alias, reddendæ aut cognoscendæ, quibus undique firmè, atq; quotidie creberrimis sollicitabatur. Sepe viri principes illius vota deposcere: sæpe consilijs iuuari, & prudentia eius doceri cupere: modò, vt in negotijs curandis suam operam